



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCXXIII. König Johann von Böhmen schließt ein Bündniß mit dem
Erzbischofe Otto von Magdeburg zum Beistande gegen den Markgrafen
Ludwig von Brandenburg mit 100 Helmen und eben so viel ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

antiquum modum nec secundum antiquam et reprobam terre consuetudinem, quam presentibus cassamus, reuocamus et irritamus, et singulariter pro eo, quod proles mortui patruelis hereditate aui, viuente patruo vel matertera, sunt exhereditandi, quod iuri Imperiali et priuilegio Saxonico contrarium et etiam invalidum dicimus et censemus, Volentes etiam et mandantes, vniuersa iura terre prenotate tam nobilium quam rusticorum secundum curie nostre et priuilegii Saxonie iura per omnia in antea perpetuis temporibus obseruentur. Si uero a predictis scabinis propter errorem et ignorantiam iuris ad incolas ipsius terre predictae pertinentes appellari contingeret, tunc non vsquam nisi ad castrenses predicti castri volumus appellari et presidente ipsius castri domino vel eius officiato cum dictis castrensis terminetur, a quibus tamen partes pro ewulgatione sentencie nolumus amplius, nisi in octo solidos denariorum Brandenburgensium aggruari, Adicientes etiam, quod si domini vel castrensis sententia tamquam diminuta vel iniusta accusata fuerit vel conperta, non ad aliquem alium nisi ad nos marchionem Brandenburgensem vel ad nostre curie Judicem volumus appellari, Volentes ipsam sententiam, dum equitatem cause sentencie plene cognouerimus, pronunziare vel per ipsum curie nostre Judicem pronunziari efficere et mandare. Et si quos iniquos et iniustos in sua sententia inuenerimus, ipsos volumus, contra quem iniuste processerant, si scabini ciuitatis fuerint, in quatuordecim solidos, castrenses uero si fuerint, in viginti octo solidos condempnari, Volumus etiam illum vel illos, cui vel quibus iusticia per nos sentencialiter adiudicata fuerit tueri et quod ipsis expensarum pecunia cedat sine obmissione qualibet suffragari. Appellans uero, si iniuste sententiam accusasse inuentus fuerit, tantum vnoquoque iudicio tam in ciuitate quam in castro dabit, quantum ipsi si vicisset dedisse debuisset. Volumus etiam predictos ciues a theloneo in ciuitatibus gloriosi principis domini Ottonis de Nova Brandenburg, attau nostri predicti felicitis recordacionis, in eius territoriis manere supportatos cum de ipsius fuerint parte et sicuti eorum more extitit ab antiquo. In cuius testimonium etc. Testes Her. comes de Henninberg, Johannes de Buch, Heinricus de kröchern, Beringerus helo, Johannes husner, Bombrecht pincerna, Laurencius de Grifenberg, Marscalcus de Pappinhein, offo de Luffowe, milites nostri cum aliis etc.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg XL. — Fehlerhaft abgedruckt bei Ludwig, Reliq. Mspt. VII. 29 — 31.

DCCXXIII. König Johann von Böhmen schließt ein Bündniß mit dem Erzbischofe Otto von Magdeburg zum Beistande gegen den Markgrafen Ludwig von Brandenburg mit 100 Helmen und eben so viel Leichtbewaffneten, den 2. Juni 1336.

Nos Johannes, dei gratia Boemie Rex ac Luxemburgensis Comes, Ad uniuersorum notitiam volumus tenore presentium peruenire, Quod licet reuerendo in cristo patri domino Ottoni Magdeburgensi Archiepiscopo ex consanguinitatis linea proximaliter astringamur, Ita vt eum in suis oportunitatibus contra sibi iniuriantes protegere et defendere ex merito, ubi possumus, teneamur; Tamen ex Sinceritatis et dilectionis affectu, quo eum

prosequimur, cum ipso domino Archiepiscopo colligationum federa et pecialiter aduersus dominum Ludouicum, Marchionem Brandenburgensem, et adiutores ipsius, qui se contra eum et nos iniuriose erigere conarentur, inire decreuimus magis firma, Sic videlicet, quod nos dictum dominum Archiepiscopum, si cum prefato Marchione et sibi adherentibus seu adiutoribus suis aliquid facere habuerit, in propriis expensis et absque refusione dampnorum, nobis per eum facienda, si que, quod absit, sibi assistendo sustineremus, cum Centum galeatis et totidem leuibus hominibus, toraces vel panceria habentibus, debemus et promittimus amicablem adiuuare. Et si ipsius domini Archiepiscopi nostreque gentes siue homines infimul adunati in terris dicti Marchionis uel sibi adherentium, ut predicatur, aliquas munitiones, ciuitates seu castra expugnauerint, illarum seu illorum media pars domino Archiepiscopo antedicto et alia medietas nobis pertinere debet. Si vero res alias receperint vel captos quoscunque detinuerint aut alia luca qualiacunque reportauerint, hec nostri et ipsius Domini Archiepiscopi homines inter se iuxta armatorum et personarum numerum diuidere tenebuntur. Depactiones autem, si que in terris dictorum Marchionis et adiutorum ipsius facte fuerint, nobis et ipsi Domino Archiepiscopo communiter pertinebunt. Si vero homines nostri prefati hominibus antedicti Domini Archiepiscopi absentibus aliquas Munitiones, Ciuitates seu Castra acquirant, illa nobis absolute pertinere debent. Sique per Dominum Marchionem aut quemvis suum adiutorem aliqua Munitione, Ciuitas siue Castrum ad ipsum Dominum Archiepiscopum pertinens vel pertinente (sic) vallata vel vallatum fuerit, in eo casu nos sibi, quanto poterimus fortiores, venire tenebimur et promittimus in succursum. Preterea promittimus et prestito iuramento ad sancta Dei euangelia ipsi Domino Archiepiscopo fauorabiliter pollicemur, vt si contingat nos aliquam cum predictis Marchione et sibi adherentibus facere vel inire concordiam siue treugas, easdem cum ipsius, nisi de consensu et consilio ipsius Domini Archiepiscopi et eo incluso eisdem concordie et treugis, nullomodo faciemus, Harum nostrarum testimonio literarum. Datum Prage, dominica die post festum corporis Christi, Anno a natiuitate eiusdem Millefimo Trecentesimo Sexto.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab. Archives 478, 26. Fehlerhaft bei Walthers, Singular. Magd. II, 54.

DCCXXIV. Markgraf Ludwig von Brandenburg verträge sich mit dem Erzbischofe von Magdeburg dergestalt, daß dieser jenem die von den Vorfahren des Markgrafen besessenen Lehen reicht, wofür der Markgraf 6000 Mark Silber zahlt, am 28. Juni 1336.

Wir Ludewig, von Gots gnaden Marggraue zu Brandinburg etc., bekennen, daz wir, nach rade der hochgeborn fursten vnd Hern Rudolf Herzogen zu Sachsen vnd Marggrauen friderichs von Missen, mit dem erfamen Herren Erzebischof Otten Geteidinget haben vnd geeint In der wise, als hir na gescriben stet. Derselb bischof hat geleyhen vnd sol noch lien vns, vnd wo wir an len erben abegingen, so scolde her lien dem Margrauen von misen vnd sin len erben oder vnser brudern vnd iren len erben,